HIERONYMUS
Admont (?), 1. Hälfte 12. Jh.
Seite 56r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift

monte pinguem. et postea monte excelsum. Ebrius autem
fuit pdicator uino sed auaricia et furore aspidum insa
nabili. et diaboli cibus qui post buccellam introiuit meu
et penitus deuoratus est. quia orano ei uersa e in peccatu.
et ne penitentia quidem fructum salutis habuit. Verbum
hebraicum secchore ambiguum est. et uel ebrios uel mer
cenarios sonat. Vnde et ysachar interpretatus e merces
et sachar metibisma idest ebrietas. ceteri ebrios. soli lxx
mercenarios transtulerunt. In die illa erit dis exercu
uum corona gloriae et sertum exultationis residuo popu
li. et spiritum iudicii sedenti super iudicium. et fortitudo reuerten
tibus de bello ad portam. Verum hi quoque pre uino nesciebant.
et per ebrietate errauerunt, sacerdos et pphete nesciebant
per ebrietate. absorti sunt a uino errauerunt in ebrietate.
nesciebant iudicium. ignorauerunt iudicium. sunt mirabiliter;
omnes enim mensae repletae sunt uomitu sordium. ita ut non
essent ultra locus. lxx. In die illa erit dis sabaoth corona
spei quae compacta est gloria reliquis populi relinquentur
in spiritum iudicii super iudicium et fortitudinem uertentes in
terficere. Isti enim uino decepti sunt. errant propter siceram;
sacerdos et pphete exciderunt mente propter siceram. ab
sorpti sunt propter uinum. uacillauerunt propter ebrietate
sicere. errauerunt hoc est phasina maledicto comedit
hoc consilium. Siquidem istud consilium propter auaricia est.
Postquam omnis terra samarie idem decem tribuum assy
rio fuerit inundante deleta et conculcata pedib;
corona superbie ebriorum ephraym et immodum ficus
temporanee deuorata. tunc residuus populus erit.
hoc est duarum tribuum iude et beniamyn. ipse dis